

SVPER TRACTATV
LUM: STUDIO NAM-
que florenti.



Mpregnatio, Terra autem vel feces à quibus
exiit hæc aqua trium elementorum non affi-
mitur. Quia nullius est valoris, sed alia in terra
hæc aqua plantatur. Et ideo dicit Aristoteles
Hoc opus in uno incipitur. Et in alio terminatur.

Accipiantur autem terra nostra, & primo ab ea tollantur om-
nes ejus superflue humiditates, Et ab ea separentur, & eva-
lentur, donec fiat lucida, & clara, & munda omni tempore.
De tali ergo recipe 2. ʒ. &c. Munda, sed ipsa terra rubea alba
debet mundari quam terra alba, & ideo antequam in ipsa
aquam ponatur debet suo modo putrificari bene, quam in
datione, prætermitto, Quia satis munda invenitur venalis.
sic munda debet in laminas tenues vel limaturam produci.

Calcinentur veruntamen, si nam fuerit illa dragma to-
liter soluta. Effunde id quod solutum est, & exsicca terra
quæ insoluta remansit, ut demum in alia aqua solvantur.
Cum additione novæ terræ. Et nota, quod cum aquam feceris,
non debes in eam tantum ponere de nova terra, sicut
primis fecisti. Sed debes corpus non solutum, ponderare
illo addere de nova terra, ita ut non sint plus amborum cor-
porum quam duæ dragmæ.

Perficiet] Sunt autem necessaria hæc duo spermata in hac
arte. Et hoc ideo, quia videmus, quod naturaliter unum ali-
generat sibi simile, ita artificialiter, Sol generat Solem cum
multiplicatione prædicti lapidis, id est, spiritus quintæ esse-
tiæ, Ideo dicit philosophus, pater ejus est sol, sed quoniam
omni generatione naturali. Oportet receptaculum spermatis
esse idoneum, & sibi consonum. Et illud est luna, Et ideo
dicit philosophus Mater ejus est luna, & ista corpora sunt
necessaria in hac arte, propter duas rationes. Quarum prima
est illa, quia aurum cum sit nobilius inter metalla & magis
perfectum, & fixum & compactum, tamen si dissolvatur
aquam limpidissimam, ut est dictum, Erit spiritualis, & eva-
lans